



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ioannis Bugenhagenii Pomerani Annotationes ab ipso iam
emissæ. In Deuteronomium**

Bugenhagen, Johannes

Basileae

VD16 B 9247

Capvt XXV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36133

SI fuerit caussa &c. Hæc lex prohibet liti prorogatione, Crescente enim & durante lite crescit odium, fatigantur litigantes & iudices, ditantur ministri, perdunt sua qui litigant, & quæ alia mala & similtates ciuium inde ueniant nostra tempora non ignorant, & præterea hic iudices litem prorogantes à deo damnantur, nisi forte non poterint perplexam discernere causam, nam tunc oportet ut ad alios mittant, ut supra dictum ca. 17.

Sin autē.] Si quis flagellari meruit huic hæc lex ita consulit ne supra modum flagelletur siue percutiatur, id ne fiat præcipit nunquam excedendum numerum quadragenarium, quo indicat impietatem cordis humani quod ulciscendo plures plagas cuperet inferri fratri. Hic licet decem uel uiginti plagas solum inferre. Paulus. 2. Cor. 11. dicit, A Iudæis quinquies quadragenas una minus accepi, ut nihil misericordie sibi unquam etiam in iniustis flagellis exhibitum à Iudæis significet qui cupissent etiam plus plagarum addere. Quod autem dicit una minus uidetur pharisaica traditio fuisse, cum ut aliquid misericordie in speciem ostenderet ita legem interpretantes, tum ut ne errando in numero aliquid peccaretur in lege.

Obeat] lege, appareat uel sit.

Non ligabis. Impietas nostra declaratur, quæ ut mercenario mercedem, ita & iumento uictum negat, habebant enim nonnumquam conducticios boues. Salomon

quoque precipit ut nostri gregis habeamus curam. Paulus. 1. Cor. 9. Et. 1. Timo. 5. dicit, legem non propter boves, sed propter nos scriptam, ut non negemus mercedem operario & in primis uictum uerbi ministro.

Quando habitauerint, Lex quod ad uerba attinget manifesta est, ex qua struunt calumniam Saducei Christo & phariseis de resurrectione mortuorum in muliere, quae secundum istam legem habuerat septem fratres. Ex qua lege natam etiam credo consuetudinem in Israël, quam legis Ruth. 4. Ex ista lege soluitur multiplex questio in scriptura, quae alij sunt patres secundum legem, alij secundum carnem siue naturam, & tamen utriusque ueri patres, Tunc enim uerum patrem dixeris, quem deus patrem facit sua lege, non minus est pater quam ille qui secundum carnem genuit. Hinc Ioseph sponsus Mariae uirginis duos habet patres alterum carnis, secundum Matthaeum, qui uocatur Iacob, alterum legis, secundum Lucam, qui uocatur Heli &c. Hanc uero legem fuisse iam olim ante legem scriptam declarat detestabile factum One filij Iudae, Gen. 38. Interpretatur hanc legem, quod Moyses mortuus est absque filiis lege infœcunda manente, & quod Christus eius secundum carnem frater suscitavit ei seminem quod legem impleveret spiritu coelitus accepto. Id quod intellige non quod Christus filios suscitavit Moysi, sicut nec sibi suscitare uoluit filios sed deo, sed quia Moyses deo filios suscitare uoluit & non potuit, id quod

soli Christo seruabatur. Lex enī pedagogus tantū erat
 in Christū. Quid enī potuit seruus q̄ seruos generare?
 filius filios generat, Ro. 8. nō accepistis iterū &c. Nos
 quoq; interpretamur sic, Christus frater noster nō po-
 tuit habere semen. i. filios, nisi morcretur, quēadmodū
 de eo prædixerat Esa. ca. 53. Si posuerit p̄ peccato ani-
 mā suā, uidebit semen longeuū &c. hos filios cōmisit
 post mortē suscitādos per fratres suos. i. apostolos &
 alios qui semen Christi habent. i. uerbū. Hi tametsi pa-
 tres appellētur, ut Galatarū Paulus, quia tamē nullus
 ex semine corū nascitur oēs Christi sunt quotquot na-
 scūtur, & præterea nullus eorū potest esse filius, quia
 oēs primogeniti sunt in primogenito Christo, & primo-
 genitus secūdū legē est fratris defuncti. Qd̄ si quis eru-
 buerit de semine isto & nō uoluerit gignere fratri fili-
 os expuet ecclesia in faciem eius, nā cōfundetur apud
 se & tandē corā deo & angelis dei & oībus electis,
 Lu. 9. Qui me erubuerit & meos sermones, hūc filius
 hoīs erubescet cū uenerit in maiestate sua & patris &
 sanctorū angelorū. Ignominia uero, q̄ familia eius uo-
 cabitur familia discalceati, exponitur Ephe. 6. ubi ius-
 bet Paulus ut simus calceatis pedibus ad preparatio-
 nem Euāgelij, pacis, secūdū illud Esa. 52. Quā specio-
 si pedes Euangelizantiū pacē, Euangelizantiū bona:
 Si habuerint. Hæc lex ut pudicitie mulie-
 ris, ita utilitati uiri consulit & posteritati ne læsus

postea generare non possit. Duo uiri inter quos nunquam
conuenit sunt fides & opera, sed ille fortior. Fidei astat
iustitia & pietas, operibus hypocrisis. Omnia hic feruntur
dum infirmi fratres pugnant adhuc pro sua hypocrisi
& superstitione ignorantes. Quae uero manus fidei
dei germen impedire uoluerit, ut hypocrisis operum
regnet, absque misericordia abscindenda est, iuxta illud
Christi, Si manus tua dextera scandalizat &c. Haec manus
excommunicatione Christiana tollenda est &c.

Non habebis. Sicut qui alio pondere & alia
mensura emunt, alia uendunt &c. Haec lex est, Quod
tibi non uis fieri, alteri ne feceris. Et Christus, Nolite
iudicare. Qua mensura &c. De omni enim haec iniustitia
intelligi, clarum est ex eo quod additur, Abominatur
&c. Haec lex repetitur, Prouer. 11.

Memento &c.] Lege Exo. 17. Deleti autem sunt
Amalechitae. 1. Reg. 15. sed illic peccat Saul, qui non obedierit
uoci dei, seruans impia misericordia & stulta cupiditate
quod non debebat. Idcirco abiicitur a deo, lege illic totum
caput. Hic non est disputandum, an propterea percussi sint,
qui primi pugnarint contra Israel, aut qui nulla necessitate
&c. cum hic sit uerbum dei de illis perdendis cui simpliciter
obedire oportet, ut maxime causam non noris, quae tamen hic
exprimitur, sed non satis est istam causam respicere, quia & alij
persecuti sunt Israel. Iudicium ergo dei est in Amale-

chitas præ cæteris. Hic habes q̄ simpliciter uox dei au-
dienda est. etiam si contra omnem rationem & natu-
ram uideatur quod præcipit illa summa sapietia & c.

CAPVT XXVI.

PRimitiæ omnium fructuū quas lex mandat
primum soluntur obtenta terra, ut agno-
scant illam terrā sese accepisse à deo & om-
nia quæ habent esse dei, quod est fidei, &
hoc ipsum ore confiteantur uerbis ad hoc conceptis,
quia corde creditur ad iustitiam, ore autē confessio fit
ad salutem. Nos quoq; omnia debemus deo per Chri-
stum sacerdotē nostrum & altare, sine quo nihil accep-
tum deo, ne quid nostris uiribus aut iustitiæ arroge-
mus. Per hūc enim deus eripuit nos è regno tenebrarū
& è uexatione conscientiarū, ubi qui præfecti erant
à pharaone operibus nos misere torquebant, ut dici-
tur in Exodo, Et induxit nos in regnū fluens lacte &
melle. i. gratia & pace & gaudio in spū sancto. Esa. 52.
Et sedebit populus meus in pulchritudine pacis & c.

Syrus. Hic Iacob significatur persecutionē per-
tulisse à Syris quādo fame cogente quoq; sub Ioseph
uenit in Aegyptum, quā tamen persecutionem alia hi-
storia tacet. Nā ad Laban, quod Lyranus putat, hæc nō
pertinent. Ita sanctos suos deus etiam per tentationes
seruat miro modo. Legitur & ante odia concitasse cō-